

1 Merito exigis ut hoc inter nos epistularum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, quia minutatim inrepat animo: disputationes praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clare dat. 10 Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, contionibus,

# LIBER PRIMVS

5 1 SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

Ita fac, mi Lucili: vindica te tibi, et tempus quod adhuc 1  
aut auferebatur aut subripiiebatur aut excidebat collige et  
serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo: quaedam tempora  
eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt.  
o Turpissima tamen est iactura quae per negligentiam fit. Et si  
volueris adtendere, magna pars vitae elabitur male agentibus,  
maxima nihil agentibus, tota vita aliud agentibus. Quem 2  
mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem  
aestimemet, qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur,  
5 quod mortem prospicimus! magna pars eius iam praeterit;  
quidquid aetatis retro est mors tenet. Fac ergo, mi Lucili,  
quod facere te scribis, omnes horas complectere; sic fiet ut  
minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris.  
Dum differtur vita transcurrit. Omnia, Lucili, aliena sunt, 3  
o tempus tantum nostrum est; in huius rei unius fugacis ac  
lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit qui-  
cumque vult. Et tanta stultitia mortalium est ut quae minima

et vilissima sunt, certe reparabilia, inputari sibi cum in-  
petravere patiantur, nemo se iudicet quicquam debere qui  
tempus accepit, cum interim hoc unum est quod ne gratus  
quidem potest reddere.

Interrogabis fortasse quid ego faciam qui tibi ista prae- 5  
cipio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum sed diligentem

Interrogabis fortasse quid ego faciam qui tibi ista prae- 5  
cipio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum sed diligentem